

propensiones & inclinationes indagari & cognosci: sed etiam probabilis de ipsis singulorum habitibus & moribus coniectura fieri potest. Qua doctrina qui destitutus est, neque seipsum, vt Delphicum oraculum Apollinis monet; neque alios homines, cum quibus conuersatur, recte cognoscere potest. Quam ob causam antiqui Philosophi, cuiusmodi inter alios fuerunt, Hermes, Zopyrus, Socrates, Philemon, Hippocrates, Aristoteles, Pythagoras, Galenus, Auicenna, & alii non tantum hanc artem magnificerunt, seduloque excoluerunt: sed etiam aliis de meliore notâ eam commendarunt, & aduersus ini-  
quas aliorum calumnias defenderunt.

Cum igitur hætenus, Illustris & Generosissime Comes in Philosophia illustranda, & ab erroribus repurganda pro ratione vocationis meæ, & modulo viriû à Deo mihi concessarum, non parum desudauerim: ac præcipuas eius partes methodice & perspicue tractauerim, typisq;

commi-